

tu monasterii, non autem respectu ingredientis; uti sa-  
pius declarasse Sacram Congregationem testatur Fagnanus  
ad cap. Cum virum, tit. de Regularibus, n. 20.

18 Clausuram monialium ita servari jussurunt plerumque  
Synodi, ut nec Præfectum monialium sive Cappellanum,  
aut alium Sacerdotem ingredi patiantur eam ecclesiam  
partem ubi ipsæ psallunt, nequidem prætextu ibidem  
celebrandi vel concionandi.

19 Neque in vestitionum aut professionum solemnitatibus  
licitis esse potest ingressus ad moniales; & id tam  
viris, quam mulieribus etiam illustribus; sed omnes per  
cancellos ipsis colloqui debent.

20 Excipiuntur tamen, cum ibi necessitas exigat, perso-  
næ necessariæ, utpote Confessarius, cum ad ægrotan-  
tium monialium, quæ ad confessionale accedere non possunt,  
confessiones audiendas, aut sanctissimum Eucha-  
ristiæ vel Extremæ Unctionis sacramentum ipsis deferen-  
dum, & similia charitatis officia iisdem ægrotis imper-  
tenda, erit admittendus; item Medicus, Chirurgus, Ba-  
julus vini aut cerevisiæ, faber, & similes personæ, quas  
omnes duæ antiquiores sanctimoniales semper comitari  
tenentur.

21 Episcopum posse prohibere, ne quis sine sua aut  
Commissarii sui licentia ad monasteria monialium etiam  
colloquendi causa accedat, docet Fagn. ad cap. Quam-  
tum, tit. de privilegiis, n. 11.

CLERICUS.

ARTICULUS PRIMUS.

Quoad ea, quæ concernunt Clerici nomen, habitum,  
& tonsuram.

SUMMARIUM.

1 **C**LERICI nomen unde veniat; quare tales sic dicantur:  
nomen eorum quod modis sumitur: qui sub præ-  
dicto nomine veniant, ad n. 22.

23 Qualiter se gerere debent in habitus, & corona de-  
latione: que requiruntur ut Clericus fori gaudeat  
privilegio, & quibus vestimentis induendus, ad  
num. 44.

45 Tonsura unde originem traxerit: ex quo tempore in  
usu fuit: Tonsura qua forma antiquitus, & hodie fit:  
mystica ejus significatio: quibus penis afficiantur ha-  
bitum, & tonsuram non deferentes, ad n. 63.

64 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad nu-  
mer. 76.

**C**lerici nomen venit à verbo græco *Cleros*, quod latine  
*sors*, seu hereditas dicitur; cap. Cleros. 1. dist. 21.  
ibi: *Cleros, & Clericos hinc appellatos credimus, quia  
Marias sorte electus est, quem primum per Apostolos  
legimus ordinatum; Cleros enim græce sors latine, vel  
hereditas dicitur. Et ideo dicuntur Clerici, quia sunt de  
sorte Domini, & Domini partem habent; cit. cap. Cleros,  
ibi: Propterea ergo dicitur Clerici, quia de sorte  
Domini sunt, vel quia Domini partem habent. Hinc  
Clerici describuntur, quod sint homines christiani, qui à  
negotiis, curisque secularibus remoti, servitio, & cultui  
divino specialiter sunt deputati; cit. cap. Cleros, ibi:  
"Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes, qui in  
ecclesia Christi deserviunt; & cap. Duo sunt genera 7.  
caus. 12. quest. 1. ibi: Duo sunt genera christianorum,  
vest autem unum genus, quod mancipatum divino offi-  
cio, & deditur contemplationi, & orationi, ab omni  
strepitu temporalium cessare convenit, ut sunt Cleri-  
ci. ... Cleros enim græce latine sors; inde hujusmodi  
homines vocantur Clerici, id est, sorte electi. ... Aliud  
vero genus est christianorum, ut sunt laici; Laos enim  
græce, est populus latine &c." Clericorum nomen bi-  
faciarium potest sumi; scilicet large, seu generaliter; &  
strictè, seu specialiter, magisque proprie. Clericorum  
nomen large, seu generaliter capto in materia favorabili  
veniunt omnes omnino Clerici, sive sint primæ tonsuræ;*

15 **I**ncip. Dum intra. Item Eremita habitum eremiticum  
ex legitima facultate deferentes, & sub speciali obedi-  
entia Episcopi, vel alterius Prælati alicui ecclesie, vel ere-  
mitorio in communitate, vel separatim deseruientes, isti  
censentur personæ ecclesiasticæ. Sic Gloss. in c. Qui ve-  
re 12. caus. 6. q. 1. verb. Vero, assensens quod tales ere-  
mitæ gaudent privilegio Clericorum, licet non remittant  
proprie; Fagnanus, in c. Nullus, n. 61. de for. competenti.  
post Card. in Clement. Per litteras, n. 9. de præbend. An-  
nocent. in c. Cum monasterium 12. de elect. dicens, quod  
licet eremita possit habere proprium, quia non abrenun-  
tiant, tamen ecclesiastica personæ sunt. Anaclet. l. 3.  
decret. tit. 1. sess. 1. de vita, & honest. Cleric. & multi  
alii. Item omnes illi, qui assumpto habitu religioso, mo-  
nialium servituti sunt addicti, & pro illis elemosinas  
querunt, & prope monasterium earum more degunt.  
17 Sic etiam laici, qui habitu clericali incedunt, & inser-  
viunt Congregationi Presbyterorum, qui collegialiter sub  
certo superiore modo religioso vivunt. Sic Antonell. n. 22.  
Mathæus Officialis, quæ excommunicationem Cano-  
nicis n. 16. Felix Potestas de Ministr. sacramen. Pœni-  
tent. c. 5. n. 3560. & alii. Et colligitur ex c. Duo sunt  
genera 7. caus. 12. q. 1. ubi illud christianorum genus  
reputatur inter Clericos, quod mancipatum divino officio,  
& deditur contemplationi, & orationi ab omni strepitu  
temporalium cessare convenit, ut sunt Clerici, & Deo de-  
voti, videlicet conversi. Item equites S. Joannis Hiero-  
solymitani, vulgo dicitur Cavalieri di Malta, ipsi enim  
emittunt tria vota substantialia à Sede apostolica appro-  
bata, & sunt vere religiosi, & si se invicem percussant,  
Pontifex eis concedit, ut ab excommunicatione, hac de  
causa incurra, absolvi possint ab eorum Priore Sacer-  
dote; c. Canonica 5. de sentent. excomm.

19 Clericorum nomine strictè, seu specialiter in materia  
odiosa, cum scilicet agitur de damno, vel incommodo  
Clerici inferendo, veniunt dumtaxat soli inferiores Cleri-  
ci seculares; non autem Canonici, Abbates, alique in  
dignitate ecclesiastica constituti, nisi secus exprimat;  
vel aliunde de opposito constet; arg. reg. 15. juris in  
6. Oïa restringi, & favores convenit ampliari; & reg.  
49. etiam in 6. In panis benignior interpretatio est  
facienda; & tenet Fagnanus, in c. Bonæ memorie de postu-  
lari. Prælat. n. 12. Bell. disq. Cler. part. 1. §. 2. n. 4. 5.  
& seq. Cardin. Tusch. lit. C. concil. 377. n. 4. & seq. Barb.  
c. l. 1. juris eccles. cap. 39. n. 6. & seq. & alii passim. Sic  
nomen Clericorum in odiosis non veniunt Episcopi, Joan-  
nes superiores, & multo minus Sac. Roman. Eccle-  
siae. Cardinales; arg. c. Sedes apostolica 15. de rescrip-  
tis; c. Periculosum 4. de sentent. excommunicat. in 6.  
(Tametsi regulæ præcedentes suum valorem obtine-  
ant; lit. C. pag. 33. prop. med. ad n. 29. atque prout  
in communi Clerici nomen tam majores quam minores,  
leg. 1. & seq. tit. 6. part. 1. comprehendat: nulli etiam  
dubium occurrit inter Clericos, qui aliquam religionem  
profiterentur, numerari: Proœmio tit. 7. partit. 1. 3.  
tit. 10. partit. 2. ad rem, vide verb. Eremita.)

21 Nec veniunt Canonici, alique in dignitate ecclesi-  
astica constituti; arg. cit. cap. Sedes apostolica 15. de res-  
criptis; ubi dicitur, quod majores, & minores personæ  
sub generali clausula non intelligantur includi; & cap.  
Statutum 22. de election. in 6. Fagnanus in cit. cap. Bona-  
memoriae num. 12. Abbas ad rubr. tit. 1. de vita, &  
honest. Cler. num. 12. Barb. loc. cit. num. 6. & alii passim.

22 Sic etiam nomine Clericorum in odiosis veniunt  
monachi, seu regulares utriusque sexus, nisi istud ex-  
primatur, vel ex subjecta materia, aliisque circum-  
stantiis secus appareat; arg. cap. A Subdiacono 5. dis-  
tinct. 93. Abbas in cap. Non amplius num. 3. Fagnanus  
ibid. n. 7. de instit. Barb. l. cit. n. 9. Roman. cons. 219.  
& 418. Bellet. loc. cit. ad §. 2. num. 26. & colligitur  
etiam ex cap. Si quis suadente 29. caus. 17. quest. 4.  
& cap. Super specula 10. Ne Clerici, vel monachi, aliis-  
que consimilibus canonicis, ubi Clerici, & monachi pon-  
nuntur tamquam quid diversum. (Vide verb. Censura,  
& excommunicatio.)

23 Habitum, & tonsuram clericalem deferre tenentur  
Clerici in sacris Ordinibus constituti; & etiam Clerici

inferiores, si beneficium ecclesiasticum habeant; c. Cle-  
ricus 8. dist. 41. cap. Clerici officia 15. de vita, & hon-  
estate Clericor. Clement. Quoniam 2. de vita, & honest.  
Cleric. Et Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 6. de  
reformat. ibi: "Etsi habitus non faciat monachum,  
oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes Or-  
dini semper deferre, ut per decentiam habitus extrin-  
seci morum honestatem intrinsecam ostendant? Immo 24  
Clerici in sacris, seu Beneficiati habitum ordinis, & dig-  
nitati convenientem non deferentes, subjiciuntur gravi-  
ssimis penis. Si enim postquam ab Episcopo suo etiam  
per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum  
clericalem illorum ordinis, & dignitati congruentem non  
detulerint, sunt in primis puniendi per suspensionem ab  
ordinibus, officio, & beneficio, & si semel moniti de-  
nuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officio-  
rum, & beneficiorum puniri possunt, ac debent; Conc.  
Trident. loc. cit. ibi: "Propterea omnes ecclesiasticæ  
personæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, per-  
sonatus, officia, aut beneficia qualiacunque ecclesi-  
astica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo etiam  
per edictum publicum moniti fuerint, honestum habi-  
tum clericalem, illorum ordinis, & dignitati congruen-  
tem, & juxta ipsius Episcopi ordinationem, & manda-  
tum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac  
officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & pro-  
ventibus ipsorum beneficiorum, nec non si semel cor-  
repti, denovo in hoc deliquerint, etiam per privationem  
officiorum, & beneficiorum hujusmodi coerceri possint,  
& debeant, constitutionem Clementis V. in Concilio  
Viennensi etiam, quæ incip. Quoniam: innovando,  
& ampliando." Quinimodo post Concilium Tridentinum 25  
fuit edita à Sixto V. constit. incip. Cum sacrosanctum,  
sub dat. 5. Idus Januarii. 1588. in qua statuit, quod Cle-  
rici Beneficiati non deferentes habitum, & tonsuram cle-  
ricalem ipso facto, absque ulla monitione, citatione, aut  
Judicis decreto, ipsis beneficiis privati dicantur, adeo ut  
ipsa beneficia vacent, & uti vacantia aliis libere con-  
ferri valeant, quoties clericalem habitum non deferant;  
Loter. de re benefice. lib. 3. quest. 16. n. 92. Monacell.  
tom. 2. tit. 15. form. 4. num. 2. & Benedicimus XVI. ins-  
tit. eccles. 71. n. 12. Rota cor. Caccia, & decis. 1290. n. 1.  
& cor. Molin. in Barb. beneficiorum 15. Aprilis 1704.  
& Aretius, in quibus decisionibus firmatur, quod non  
juvet allegare non usum dictæ constitutionis Sixtinæ,  
quoniam Garzias de benefice. part. 7. cap. 7. n. 23. Barb.  
sup. Concil. cap. 6. sess. 14. de reform. n. 4. Cordiat. de  
cit. 110. num. 13. id tenentes fuerunt reprobat. (Vi-  
de addit. hispan. supra hoc verb. præcipue vers. Perne-  
cesse: Tales conjugati: Qui:.)

Clerici vero in prima tonsura, aut etiam in minori-  
bus ordinibus constituti, & beneficia ecclesiastica, seu  
jus ad illa nondum habentes, non tenentur deferre ha-  
bitum, & tonsuram clericalem, nisi causative, quatenus  
velint gaudere privilegiis clericilibus, ut notant Abbas,  
& alii in cap. fin. de Cleric. conjugat. Riccius dicit. cur.  
Archiep. Neapolit. 162. n. 2. part. 2. Genuens. præx-  
cur. Archiep. Neap. cap. 45. n. 1. secund. Impres. Nea-  
pol. 1601. pag. 280. & alii communiter; & clare dedu-  
citur ex dict. Clement. Quoniam 2. de vita, & honest.  
Clericor. ex Conc. Trident. loc. cit. & ex dict. const.  
Sixti V. incip. Cum sacrosanctum: quia dum ibi im-  
ponunt Clericis obligationem deferendi habitum, &  
tonsuram clericalem, expresse loquuntur de Clericis in  
sacris, vel beneficiis ecclesiasticis, aut saltem jus ad illa  
habentibus. Notanter tamen dicitur, Clericos Minoristas 27  
non Beneficiatos non teneri deferre habitum, & tonsu-  
ram clericalem, nisi causative, quatenus velint gaudere  
privilegiis clericilibus; quia Clerici in prima tonsura,  
aut etiam in primis minoribus ordinibus constituti, non  
gaudent privilegio fori, nisi habeant aliquam ex tribus  
illis conditionibus, quas requirit Concilium Tridenti-  
num sess. 23. cap. 6. de reform. ibi: "Is etiam scilicet  
prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordi-  
nibus constitutus) fori privilegio non gaudeat, nisi be-  
neficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habi-  
tum, & tonsuram deferens, alicui ecclesie ex manda-  
to,







clericali, quando id faciat ex causa justitioris; cap. Clerici Officia 15, de vit. & honest. Clerico, ibi: Nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari, ut esset in Clerico, qui transiurus esset per loca infidelium, vel hereticorum cum periculo vite aut metu servitutis, verberum, aut alterius gravis incommodi; ut refert Glossa in c. Clericus, de vit. & honest. Cleric. verb. Relaxaverit: de quodam Clerico, qui a Papa reprehensus, quod sine tonsura, & habitu clericali Romam accessisset, sequentibus versibus sese excusavit:

Tutus ut petrem laici sub imagine Romam,  
Fas fuit, ut sinerem luxuriare comam.

- 60 Secundo nullam incurrit culpam, & poenam, qui non deserit tonsuram propter infirmitatem, vel non deserit habitum proprio Ordini congruentem ratione magnae paupertatis: clementina, Quoniam 2. de vit. & honest. Cleric. ubi excipiuntur illi, qui id faciunt ex aliqua causa rationabili, ibi: Praterquam ex causa rationabili; Barbosa lib. 1. juris ecclesiast. univ. cap. 40. num. 33.
- 61 Et 74. cum plurimis aliis. Tertio nullam incurrit culpam, & poenam, qui domi suae, atque in occulto habitum clericalem dimittit; Gloss. in dist. clement. Quoniam verb. Publice, Ancharanus ibid. n. 2. Barbosa loc. cit. n. 36. & in collectan. num. 2. de vit. & honestat. Cleric. & in Tridentin. sess. 14. cap. 6. de reformat. num. 12. cum multis aliis; quia dist. clement. Quoniam loquitur de deferente publice vestes alienas, adeoque secus est discurrendum quando deferuntur, solummodo domi, occulte, sine spreto, quia iste talis non dimittit habitum, ne deferat, sed ut paulo post assumat, quo casu non dicitur dimisisse, sicuti etiam abesse non dicitur, qui statim est reversus; l. Postlimiani jus §. Capivus, & leg. Nihil ff. de captivis. Et postlimini. recu. Quarto nullam incurrit culpam, & poenam Clericus itinerans, vel peregrinans, qui in itinere brevioribus utitur vestibus; arg. cap. Episcopi 3. caus. 21. quest. 4. ibi: Praterquam si in itinere longo tempore ambulaverint. Et ita rescriptis Sac. Congr. Episc. & Regul. Archiepiscopo Ulyssiponensi. 18. Octobr. 1580. Quinto excusatur Clericus, qui semel habitum dimisit; is enim propter unicam habitus dimissionem non debet beneficio, vel fori privilegio privari, sed requiritur ut tantum perseveret, quod publice pro laico habeatur; ita Farinae. in pract. crim. q. 8. n. 68. Piasec. in pract. Episc. part. 2. c. 3. n. 14. verb. Excusaretur: Ugolini. de offic. & potest. Episc. c. 12. §. 6. n. 3. Barbosa loc. cit. n. 32. Cardina. de Luca in annot. ad Concilium Tridentinum. disc. 23. n. 32. asserens, delationem habitus moraliter, non autem physice intelligendam esse; & favet textus in leg. Quidquid iracundiae ff. de reg. jur. ubi in brevi reverte sa uxor divertisse non videtur.
- 64 Christiani vel Clerici sunt, vel Laici. Dicuntur Clerici, qui servitio ecclesiae tamquam Ministri ejus publici dicantur: reliquus ceteris fidelium nomen habet laicorum. Clerici vero pro duplici functionum genere, scilicet sacerdotio & ministerio, sunt duplicis generis. 66 Sacerdotium Episcoporum, & Presbyterorum proprium est; ministerium Diaconorum, & reliquorum Clericorum.

Cum bonus odor vite tam in Clerico Seculari, dum sit norma, praesertim in natione hac hispanica, de cujus transitu (de nihilo magis ejus Reges gloriantur quam de clericis non tantummodo in verbi Dei predicatione, ceterisque eorum peculiaribus ministeriis populo inferendi quam Regulari, ceterorum vasallorum ad bene vivendum ejus religiositate, & catholicismo in mentem dubium non veris (1) Catholica Ecclesiae Filii) provenit inde. Clericorum non tantummodo in verbi Dei predicatione, ceterisque eorum peculiaribus ministeriis populo inferendi quam Regulari, ceterorum vasallorum ad bene vivendum ejus religiositate, & catholicismo in mentem dubium non veris (1) Catholica Ecclesiae Filii) provenit inde. Clericorum non tantummodo in verbi Dei predicatione, ceterisque eorum peculiaribus ministeriis populo inferendi quam Regulari, ceterorum vasallorum ad bene vivendum ejus religiositate, & catholicismo in mentem dubium non veris (1) Catholica Ecclesiae Filii) provenit inde.

(1) Reg. Sched. 9. Maji 1766. Episcopo Concheni. El Rey: Reverendo in Christo Padre Obispo de Cuenca, de mi Consejo, Mi Confesor, para descargo de su conciencia y de la mia, me ha confiado la carta que le habeis escrito, llevado de vuestro zelo. En ella decis, que este Reyno está perdido por la persecucion de la Iglesia; que habeis predicho esta ruina; y que no ha llegado a mis oidos la verdad, aunque no ha sido mi Confesor solo, el conducto de que os habeis valido para

rum. Gradus Clericorum diversi vocantur Ordines, quos omnes eminenter continet episcopatus; Consule Fleury. Institut. ecclesiast. part. 1. cap. 3. per tot. (Lit. E. pag. 2461 ante num. 8.)

Primis seculis Clerici a Laicis nec capillis, nec vestibus, nec certo habitu fuerunt distincti. Quum enim Clerici crudelius quam laici a paganis vexarentur, noluerunt sine necessitate mala hoc pacto sibi accessere. Integra fuit libertas hae ad seculum quintum usque, anno enim 428. Celestinus Papa Episc. 1. scribit, tunc temporis ne Episcopos quidem externo habitu distinctos a christianis fuisse.

Tonsuram primis quinque ecclesiae seculis datam habund fuisse separatim ab omni Ordine, sed simul cum primo Ordine veluti ritum ejus collationi annexum, sentit Morin. de ordinat. part. 3. exercit. 15. c. 3. At Mabillon. ad part. 1. secul. 3. Benedictin. n. 19. Christianus Lupus in scholis ad Canon. 13. Concilii (Memorici VII. tenent, Tonsuram ante tempus a Morino praefixum datam fuisse separatim, & ante susceptionem alicujus Ordinis.

Quomodo autem Tonsura ab omni Ordine separari coeperit, ita narrat Morinus: "Parentes filios suos impubes, immo fere infantes ecclesiasticis officiis consecrabant, & Episcopi insuadentes offerbant. Eos Episcopi in eadem domo advocandos, & instruendos curabant, ut essent Cleri reparandi vel seminarium. Forum institutioni Senex aliquis Clero praeficiebatur, atque ut plurimum Archidiaconus. Quum autem propter aetatis infirmitatem, Ostiariorum, aut Lectorum officii in ecclesia fungi non possent, ordines illos illis non conferabant, sed solum Tonsuram cum veste clericali; Tonsuram ideo ab ordine separantes, ne pueri nistri ecclesiae ministerii parentum pietate devoti, ut ipsorum seculares, & profani hominum oculis comparerent, longo post tempore quod in pueris sebat propter aetatis infirmitatem, in aetate valentibus usurpatum est. Tonsuraque clericalis, ut Ordo quidam ab aliis separatus, quibuscumque separatim collata est."

Probatio Tonsurae fieri potest per literas, vel ipsius Tonsura, vel superiorum ordinum; Van-Espen. jur. Eccl. univ. part. 1. tit. 1. n. 8. ubi quod quod est in possessione beneficii est Tonsuram probare haud teneatur. Occasio, qua factum est, ut Clerici peculiare vestes elegerint, ex monasticis moribus tracta est. Confer Boehmer. in decretali. l. 2. tit. 1. §. 22. & plur. seg. De varia vero ecclesiae disciplina circa vestem clericalem consule Thomassin. de veter. & nov. ecclesiae disciplina. tom. 1. lib. 2. c. 43. n. 44. utrobique per tot. De amictu sive veste Clericis in praesens conveniendi difficile, (inquit Van-Espen. jur. ecclesiast. univ. part. 1. tit. 2. c. 2. n. 5.) est generaliter determinare, quum pro temporum, & locorum varietate cum varium esse, ac mutari posse indubitatam sit. Assumenda ergo est vestis, quae pro loci & temporis conditione honestati, & modestiae Clericorum sit convenientis, ita ut exterius modestiam, quaeque clericalem omnibus ostendet; nihilque mundani fastus aut vanitatis secularis praestet. Confer etiam Cardina. de Luca in annot. ad Concl. Trident. disc. 24. n. 21. & seq.

ARTICULUS II.

Clericus quoad privilegium fori, & Canonis.

SUMMARIUM.

- 1 Quis pro fori privilegio, & Canonis intelligatur; qui illo gaudeam; qui Clericorum nomine comprehendantur quoad illius privilegium; & an aliquis casus reperiat propter quem possit amitti, ad n. 20.
- 21 Clericus committens homicidium dicto fori privilegio an perstruat; quid si ante Clericatum, & in fraudem eundem assumperit; ad quem species declarare, an in fraudem necesse reassumerit habitum, atque casus recensentur, ad n. 32.
- 33 An liceat Clerico reassumere habitum, & quando abique alia Episcopi licentia; quid si sponte renuntiaverit: quod discrimen inter Clericum beneficiatum, & solum habitum, & Tonsuram deferentem quoad amissionem fori privilegii, ad n. 46.
- 47 Non gaudentes fori privilegio, an sint Canonis privati; quid in eorum percursionibus; alii recensentur privilegio utriusque perstruente; ad hoc quaestare debeant qualitates ut conjugati, & non conjugati eidem perstruantur, ad n. 76.
- 77 Clerici privilegio fori gaudent de jure divino: privilegio Canonis solum jure ecclesiastico: curiae probationes notantur; quae discreto inter Clericos minoritas; & in sacris constitutis, ad n. 65.
- 69 Supplementa Auditoris inseruntur, ad n. 100.

maximas debere christianas; verum etiam omni in tempore esse a declamationibus, susurrationibus in personas, sive magistratus gubernandi habenas tenentes directis, occasionando delicta, & publicam quietem perturbantia (quae quidem omnia sub crimine alevosia discernuntur, ut in contraventores procedatur) aperitur janua (1).

Madre: de ningún timbre hago más gloria que del de Católico; estoy pronto a derramar la sangre de mis venas para mantenerlo.

(1) Reg. Sched. 18. Sept. 1766. Sabed, que por Real decreto de catorce de este mes, previne al Consejo lo siguiente: El buen exemplo del Clero secular y regular trasciende a todo el cuerpo de los demás vasallos en una nación tan religiosa como la Española. El amor y el respeto a los Soberanos, a la Familia Real y al Gobierno; es una obligación que dictan las leyes fundamentales del Estado, y enseñan las letras divinas a los subditos. De aquí proviene que los Eclesiásticos, no solamente en sus sermones, ejercicios espirituales y actos devotos, deben infundir al pueblo estos principios, sino también y con más razón abstenerse ellos mismos de todas ocasiones, y en las conversaciones familiares, de las declamaciones y muturaciones despresivas de las personas del gobierno que contribuyen a infundir odiosidad contra ellas, y tal vez dan ocasión a mayores excesos, cuyo crimen estima como alevosia ó traición la l. 1. tit. 26. lib. 8. de la Recop. Para evitar semejantes excesos estableció el Señor Don Juan el primero, de gloriosa memoria, una ley solemne en las Cortes de Segovia, con asistencia del brazo eclesiástico, la qual repitió su hijo el Señor Don Enrique el tercero, y es la l. 3. tit. 4. lib. 8. de la misma Recopil. que entre otras cosas dice así: Otros rogamos a los Prelados de nuestros reynos, que si algún Frayle ó Clerigo, ó Hermitaño, ó otro Religioso dixere alguna cosa de las sobredichas (esto es, contra el Rey, Personas Reales, ó contra el estado ó gobierno) que lo prendan, y nos lo envíen preso, ó recaudado. Por tanto, a fin de que no se abuse de la buena fé de los seculares, y se guarde al trono el respeto, que la Religión Católica inspira, y ninguna persona dedicada a Dios por su profesión, se atreva a turbar por tales medios los animos, y orden público, ingiriéndose en los negocios de gobierno, tan distantes de su conocimiento, como impropios de sus ministerios espirituales: de cierta ciencia y

101 Additiones ex aliena manu, ad n. 104.

Præ privilegium fori intelligitur illud, vi cuius quis exemptus est ab omni potestate, & jurisdictione fori secularis, adeo ut non possit amplius a iudice seculari in iudicium trahi, carcerari, vel puniri, sed dumtaxat a iudice ecclesiastico; colligitur ex cap. Si Imperator 11. dist. 96. & est communis; & dicitur fori a Foronto Rege, qui prius Græcis legem dedit; cap. Forus 10. de verb. signifi. Per privilegium Canonis intelligitur illud, vi cuius omnes offendentes, seu manus violentas injicientes in Clericos, vel Monachos ipso facto excommunicationem incurunt; & dicitur Canonis, quia continetur in Canone 15. Conc. II. Lateranensis sub Innocent. II. cap. Si quis suadente diabolo 29. caus. 17. q. 4. ibi: "Si quis suadente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrit, in quod in Clericum vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat, & nullus Episcopus illum presumat absolvere nisi moris periculo urgente) donec apostolico conspectui presentetur, & ejus mandatum suscipiat." Clerici, & Monachi, seu Regulares gaudent privilegio fori, adeo ut ipsi ad iudicium fori secularis trahi non possint; Communis; & in dubitata apud omnes; & quidem neque in casibus civilibus; cap. Bene quidem 1. dist. 96. cap. In Canonibus 57. caus. 16. quart. 1. cap. Ecclesie S. Marie 10. de constitutionibus, cap. Qualiter 12. de foro competens, & Authent. Statutus, de Episcopo, & Cler. cum similibus. Et neque in causis criminalibus; cap. Nemo unquam 1. cap. Nul-

pleno poder real, con madura deliberación y acuerdo, he venido en resolver, que mi Consejo expida órdenes circulares a los Obispos y Prelados Regulares de estos mis reynos, al tenor del referido capítulo de la expresada l. 3. tit. 4. lib. 8. cuidando todos ellos de su exacto y puntual cumplimiento; pues me daría por deservido de las mas mínimas omisiones; y si alguna prevención se haga a las Justicias, para que estén a la mira, lo adviertan a los Prelados; y si notasen descuido ó negligencia, den parte; reciban sumaria información del nudo hecho sobre las personas Eclesiásticas, que olvidadas de su estado, y de sí mismos incurran en los excesos sobredichos; y la remitan al Presidente del Consejo, para que se ponga el pronto y conveniente remedio: en el supuesto, de que se mantendrán reservadas estas denuncias; y los nombres de los testigos; tendráse entendido en el Consejo; y se expedirán sin demora las órdenes ó provisiones convenientes; y pasará un exemplar de ellas a mis manos; En San Ildefonso a catorce de Septiembre de mil setecientos sesenta y seis. Al Presidente del Consejo. Y habiéndose publicado en Consejo pleno en diez y seis del corriente se acordó su cumplimiento; y para él, expedir esta mi carta; por la qual encargo a los muy Reverendos Arzobispos, Obispos, Prioros de las Ordenes, Deanes y Cabildos de las Iglesias Metropolitanas y Catedrales en Señeracante, y Visitadores, Provisores, Vicarios generales y Prelados de las Ordenes Regulares, observen esta mi Real resolución, y concurren por su parte a que la tenga efectivamente, en todas las que contiene, en los mis reynos y señoríos, sin permitir con ningún pretexto, su falta de cumplimiento, por convenir así a mi real servicio; y mando a los del mi Consejo, Presidentes, Oidores, Asistentes, Gobernadores, y demas Jueces y Justicias de estos mis reynos; guarden, cumplan y ejecuten asimismo la citada mi real determinación en la parte que les tocare, sin contravenirla, ni consentir en maneta alguna su inobservancia: antes bien para su entero cumplimiento, darán y harán se den las providencias que se requirieran; que así es mi voluntad: f.

(1) Reg. Sched. 9. Maji 1766. Episcopo Concheni. El Rey: Reverendo in Christo Padre Obispo de Cuenca, de mi Consejo, Mi Confesor, para descargo de su conciencia y de la mia, me ha confiado la carta que le habeis escrito, llevado de vuestro zelo. En ella decis, que este Reyno está perdido por la persecucion de la Iglesia; que habeis predicho esta ruina; y que no ha llegado a mis oidos la verdad, aunque no ha sido mi Confesor solo, el conducto de que os habeis valido para



Nullus iudicum 1. cap. Relatum 13. caus. 11. q. 1. cap. 4. At si Clerici 4. de iudicis, cum concordantibus. Nominem Clericorum quantum ad privilegium fori, veniunt omnes omnino Clerici, sive sint primæ dumtaxat Tonsuræ, aut in ordinibus minoribus constituti; cap. Cleros dist. 21. & cap. Cum contingat, de stat. & qualis. præfident. dummodo habeant conditiones de iure requisitas, c. ult. de clericis conjug. in 6. & Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de reform. Sive sint constituti in ordinibus maioribus cit. cap. Cleros dist. 21. Aut etiam in dignitate ecclesiastica; c. Cum tibi 18. de verbor. signifi. & gloss. final. ibi. Sic nomine Clericorum, quantum ad privilegium fori, veniunt Monachi, & Regulares omnes religionum ab ecclesia approbatarum, tam professi, etiam conversi, quam novitii, immo & Moniales, earumque converse, & novitiz. Est communis; omnes enim tales sunt personæ ecclesiasticæ, ac Dei servitio, divinisque ministeriis specialiter deputatæ, atque ideo in materia favorabilis, ut est ista, veniunt nomine Clericorum, ut cap. Quisquis inventus 21. & cap. Si quis suadente 29. caus. 17. quest. 4.

6. Clerici tamen minoris non gaudent privilegio fori, nisi habeant aliquam ex tribus illis conditionibus, quas requirit in ipsis Concilium Trident. sess. 23. cap. 6. de reform. aut in aliqua schola, vel universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos, versetur. Sufficit vero quilibet trium conditionum à Concilio Tridentino requisitarum, ut Clericus Tonsura clericali insignitus, vel etiam in minoribus ordinibus constitutus gaudeat privilegio fori, nam Concilium ibidem loquitur sub disjunctione, aut, vel, uti patet ex ipsis verbis mox citatis: & ex regul. 70. juris in 6. In alternatio sufficit alterum impleri, & in alternativa dispositione unum in effectu continetur, leg. Cum illud 25. ff. Quando dies leg. Unde Clericus habens beneficium gaudet privilegio fori, licet clericalem habitum, & Tonsuram non deferat, & ecclesiam non inserviat, ut expresse declaravit Sac. Congr. Conc. teste Fagn. in cap. Inter cetera 4. de rescriptis n. 3. Immo gaudet privilegio fori Clericus primæ Tonsuræ, qui beneficium ecclesiasticum à se possessum resignavit, reservata sibi pensione, licet in habitu, & Tonsura non incedat; ita Fagn. in c. Ad audientiam 31. de rescriptis n. 127. & n. 131. ubi refert, Gregorium XIII. die 8. Decemb. 1576. declarasse, Pensionarium censeri Beneficiatum ad effectum gaudendi privilegio fori ecclesiastici, de quo Concilium loquitur; idque duabus rationibus: Primo, quia Cancellaria habet Pensionarium pro Beneficiato, ideo vult exprimi in Bullis pensiones, sicut beneficia; Secundo, quia S. Pius Bulla sua coegit Pensionarium ad dicendum officium saltem B. Virginis Mariæ. Quinimmo Clericus primæ Tonsuræ, seu Minorista non incedens in habitu, & Tonsura clericali gaudet privilegio fori, nedum quando possidet beneficium, seu beneficium possessum resignavit cum pensione, sed etiam ante adeptam beneficium possessionem, dummodo constet de valida collatione: ita Flaminius Patris l. 7. de resign. benefic. q. 1. n. 46. & 47. asserens, quod fuerit resolutum in Sac. Congr. Conc. 16. Julii 1587. Beneficiatum gaudere privilegio fori ante adeptam possessionem; & sic decrevisse S. Cong. C. refert etiam Fagn. in c. Si quis, de foro comp. n. 44. Et tenent Gigas de pensionibus q. 94. n. 12. Lezana in Summa tom. 3. verb. Clericus n. 20. & plurimi apud Barb. lib. 1. juris eccles. c. 39. §. 2. n. 14. Et ratio est, quia in beneficiabilibus non attenditur principaliter possessio, sed

titulus; arg. cap. Ex frequentibus 3. de institutionibus. Tum quia in possessione non est aliquid spiritualitatis, ut dicit Abbas in cap. Quod in dubiis n. 8. de renunc. Clericus Tonsuratus, vel minorista non habens beneficium possessionem, nec titulum, nec pensionem, ut fori privilegio gaudet, requiritur, & sufficit unum ex tribus infrascriptis, videlicet quod clericalem habitum, & Tonsuram deferens alicui ecclesie de mandato Episcopi inserviat: vel quod clericalem habitum, & Tonsuram ferens in aliquo seminario de licentia Episcopi degat; vel quod in habitu, & Tonsura incedens, in aliqua schola de licentia Episcopi versetur: Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. refert Armend. in add. Ad recopilat. legum Navarra l. 2. tit. 19. l. 2. de foro comp. num. 20. Barbos. in Concil. sess. 23. cap. 7. de reform. num. 20. Ita tamen, ut habitum clericalem, & Tonsuram simul deferant; non enim sufficit gestatio habitus, vel coronæ pro gaudenti privilegio fori: Armend. loc. cit. n. 23. Aloysius Ricc. in decisi. Curie Archiepiscopi Neapol. part. 4. dec. 154. Barbos. in Concil. loc. cit. art. 21. & cap. 1. juris eccles. cap. 39. §. 2. num. 23. & sic decrevit Sac. Congr. Conc. super controversiis jurisdictionum in Arimin. 21. Januar. & 28. April. 1626. Clericus minorista in habitu, & Tonsura deserviens ecclesie, gaudet privilegio fori, licet non deserviat ex mandato Episcopi; Sac. Congr. Conc. in Valent. 29. Jun. 1628. Sic etiam Clericus inserviens alteri ecclesie, quam cui fuit adscriptus, gaudet privilegio fori; sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concil. refert Prosper de Angustino ad Quarant. in Summa Bullarum verb. Habitus: Genuens. in pras. Cur. Archiep. Neap. cap. 7. num. 1. ubi dicit, quod cum de anno 1586. mense Decemb. ad instantiam Vicarii Archiepiscopi Neapolitani propositum fuisse dubium; An Clericus alteri ecclesie inserviens, quem cui fuit adscriptus, fori privilegio gaudeat? Congregatio censuit gaudere. Immo licet nulli ecclesie esset adscriptus, talis Clericus alicui ecclesie inserviens, adhuc gauderet privilegio fori, prout decisum fuisse à Sac. Congr. Concil. refert Sperell. decis. 16. num. 31. ubi dicit, ipsam decisionem emanatam fuisse ad instantiam Episcopi Ferrariensis; & extare apud se in forma probante, & à bonæ memoriæ Cardinali Lancellotto subscriptam tenoris sequentis: An Clericus in minoribus Ordinibus constitutus clericalem habitum, & Tonsuram deferens, atque ecclesie inserviens, gaudeat privilegio fori, si alicui ecclesie adscriptus non sit? Sac. Congr. Conc. Trid. interpretum censuit gaudere. Joannes Jacobus Cuperchinus Clericus Romanus, qui prima Tonsura in Urbe initiatus, quatuor minores Ordines Panormi cum dimissis Illusterrimi Urbis Vicarii suscepit, Romam reversus, & habitu clericali incedens, studiis incumbens, collegium S. Thomæ frequentavit, & licet nulli esset adscriptus ecclesie, tamen non destitit, diebus præcipue festis, & aliis, sacrificiis missæ inservire in ecclesia S. Jacobi Incurabilium, & valibi; mox causa honoris sororem occidit, dubitatum non gaudeat fori privilegio? Fiscus respondit, eum non gaudere, quia neque beneficium habet, neque est adscriptus ecclesie, neque versatur in scholis de licentia Episcopi, ut requirit Concilium Trident. sess. 23. recap. 6. de reform. die 30. Junii 1609. Congregatio

Pernecece Episcopi mandatum requiritur, ut simili privilegio gaudeat minorista Clericus: nam, deficienti adscriptione Episcopi mandato roborata, non est consensuaneum, Clericum, tali non qualificatum, fori privilegio gaudere (1).  
 (1) Vid. verb. Cancellaria.

Concilli perpendit secundum eam, quæ proponitur, in hoc casu concurrere omnia requisita, hic Clericus gaudet privilegio fori; est enim initiatus prima Tonsura, incedat in habitu, & Tonsura, & ecclesie inserviat; immo in schola versatur, quia publicam dilectæ lectionem in aedibus S. Mariæ super ianuas audiverat. P. consuetud. non in his aedibus, immo

17. Clericus, si habitum à se gestari solitum, aliqua occasione ad breve tempus deposuerit, non ideo fori privilegium amittit; sic decrevisse Sacram Congregationem Concilii refert Fagn. in c. Si quis 1. de foro comp. n. 20.

18. sic Clericus Beneficiatus solitus incedere in habitu, & Tonsura, licet aliquando talem gestacionem intermiserit, non incidit in poenam privationis beneficii impositam à Sixto V. in cons. incip. Cum sacrosanctum: & ex consequenti non amittit fori privilegium; sed hoc tantum Beneficiatus debet gaudere ad præscriptum Concilii Trid. sess. 23. cap. 6. de reform. sic censuit Sac. Congr. Conc. 19. Decem. Concil. 6. Octobris 1612. Immo Clericus Beneficiatus privatus ex dicta Bulla Sixti V. eo quod habitum, & Tonsuram non detulisset, fori privilegium non amittit ante latam à Judice ecclesiastico declaratoriam super factis, vel delicto; id est, quod habitum, & Tonsuram clericalem minime gestaverit; sic declaravit eadem Sac. Congr. dist. die 6. Octobris 1612. Clericus non Beneficiatus, solitus tamen ecclesie inservire, & in habitu, & Tonsura incedere, si nocte, vel interdum in habitu laicali deprehendatur cum armis, gaudet privilegio fori, quia ex ipsa consuetudine habitum jugiter deferendi colligitur esse in ipso Clerico voluntatem illum reassumendi, ex nota per Menoch. leg. 6. præsumpt. 37. n. 28. & tacit. textus in §. Pavonum insit. de veri. dicit. (Leg. 23. tit. 28. part. 3.) Mutatio autem voluntatis non præsumitur, nisi probetur; leg. Qui voluntatem, ff. de probat. (consonant leg. 21. 23. 24. & 25. tit. 2. 30. 31. 9. part. 6.) Tum quia, cum versemus in materia penali, & odiosa amissionis privilegii factum non dicitur, quod factum non durat; cap. Nam & ego, de verbor. de signifi. cum concordant. de quibus ibi per Glossam in ceteris. Quasi nunquam esset: Abbas consil. 69. n. 1. volum. 1. vers. Sed his non obstantibus: Brevi enim reversa uxor, nec divitibus videtur; leg. Divortium, ff. de divorzio; leg. Quidquid colore, ff. de regul. jur. (Reg. 16. tit. 34. part. 7.) nec dicitur verum, quod verum non durat; leg. Si pro patre, §. Versum, de in rem verso; (Leg. 28. tit. 12. part. 3. ibique gloss. 6. ante fin. D. Greg. Loph.) & sic qui habitum clericalem dimisit, illum statim reassumpturus, censetur non dimisisse; arg. cap. Ad nostram, de reg. ibi: Si statim penituit, quod habitum induit. Et Gloss. ibid. Clericus gaudet privilegio fori non obstante irregularitate contracta ob homicidium; Sac. Congr. Immunit. in Alatrina 13. Augusti 1639. Clerici enim non possunt citari ad forum laicale; Sac. Congr. Immunit. in nullius montis Cassini 16. Augusti 1695.

23. Clericus, qui post commissum delictum, sine ulla fraude clericatum assumpsit, gaudet privilegio fori, tam quoad personam, quam quoad bonam, quia privilegium superveniens universaliter eximit; cap. Frater noster, & ibi Gloss. in verb. Aliquid, caus. 16. q. 1. cap. Cum capella, de privilegiis; & liberat ab obligatione, qua quis antea tenebatur; cap. Ex antiquis, cap. Fratritatem, & c. Si servus, dist. 54. leg. penult. Si post, & leg. Spadonem; §. Scire, ff. de excusat. tutor. leg. Is cui, ff. de ultim. & cibar. legar. (Ad rem tes. 18. tit. 6. 3. tit. 8. part. 1. 26. tit. 1. part. 7.) & sic expresse decisum fuisse à Sacra Congr. Conc. refert Fagnan. in cap. Cum magnus 1. de obligat. ad rationem. num. 64.

24. Si vero post commissum delictum, in fraudem clericatum assumpsit, gaudet adhuc privilegio fori quoad personam; sic eadem Sac. Congr. Conc. teste Fagn. l. c. n. 64. & 76. & Sac. Congr. Immunit. in Regiens. 28. Maji 1626. & in Januens. 16. Decembris 1642. At non gaudet privilegio fori quoad bonam, si Juxta laicum post commissum delictum, ante illius promotionem, prevenit in causa; qui enim post delictum assumpsit clericatum in fraudem, quoad bona subest seculari jurisdictioni, & potest à Judice laico puniri poena pecuniaria, & confiscatione bonorum; si Juxta laicum in causa prevenit, ut probat textus in leg. Si quis postea, ff. de heredit. act. ex qua lego desumpsit, & in simili textus in c. Præfatum, de foro comp. (Leg. 23. tit. 3. part. 3.) Et sic decrevit Sac. Congr. Conc. apud Fagnan. l. c. n. 71. & 76. Juxta tamen secularis preventio non potest in bonis laicis Clerici procedere, nisi postquam Juxta ecclesiasticus pronuntiaverit, eum in fraudem curiæ secularis pronuntium fuisse, necesse enim est, ut præcedat Judicis ecclesiastici declaratio super fraudem, & interim debet Juxta laicus supersedere; cap. Si Juxta laicus in fine de sentent. excomm. in 6. ibi: Contra eum in eum quovis processu Juxta conqueritur, & ratio est, quia cum ejus jurisdictio sit fundata super hac qualitate fraudis, & ea circumscripta Clericus sit exemptus ab ejus jurisdictione, etiam quoad bona, ut diximus n. 23. prius quam de hujusmodi fraude constiterit, laicus non est ejus Juxta, ideoque de qualitate fraudis jurisdictionem adhibens ante omnia constare debet; leg. 2. §. Sed si dubitetur, & leg. Si quis ex aliena, ff. de Jure, & sic declaravit ead. Sac. Congr. ut refert Fagnan. l. c. n. 74. & 76. (Ad rem aliquid lex 2. tit. 7. part. 2. c. 2. quid. tit. 8. part. 2.)

27. Clericus, qui dimisso habitu, & Tonsura deliquit, & postea habitum, & Tonsuram sumpsit, & ecclesie inservit, gaudet privilegio fori, nisi reassumpsit habitum in fraudem; Fagnan. in cap. Cum magnus 1. de obligat. ad rationem. n. 29. ubi refert sic decrevisse Sac. Congr. Conc. Quæ Congregatio die 1. Februarii, & die 26. April. 1607. censuit spectare ad Juxta ecclesiasticum declarare, an ipse Clericus reassumpsit habitum in fraudem, necne? Et ad hoc facit sequens casus: Clericus primæ tonsuræ adie, quo fuit ordinatus, per septem annos continuos non incedit in habitu, & Tonsura, immo intra dictum tempus exercuit officium Judicis; & domi sistere jussus sed arrepta fuga, reassumptoque habitu, caput ecclesie inservit: Pro sua directione supplicat Episcopus Niceni declarari.

1. An iste Clericus gaudeat privilegio fori?

2. An Episcopus possit Juxta laico fundari ruper notorietate, & reassumptione habitus in fraudem, inhibere ne procedat, nec quoad personam, nec quoad bona, donec ipse cognoscat, an gaudere debeat?

3. An ralem id possit Juxta libere psumere tonsuram?

4. An contra Juxta laicum nihilominus non deserviat, possit procedere ad censuras?

5. An possit Episcopus hanc causam sibi vindicare?

6. An debeat?

Die 30. Maji 1676. Sacra Congregatio Concilii respondit ad omnia affirmative.

Utrum vero de fraude ista prius constare debeat ad hoc, ut Juxta laicus possit procedere realiter contra bona Clerici, questio est inter Doctores, in qua affirmativa sententia facilius admittitur. Porro in fraudem reassumere habitum censetur ille, qui post relictam vestem crimenque commissum, actus in carcerem à Judice seculari, fuga se vel aliqua ratione subtrahit, tuncque clericalem vestem reassumpsit. Ita in tract. de Synod. dioces. lib. 7. cap. 7. §. 2.

Quinimmo Clericus, etiam propria auctoritate habitum clericalem reassumat post delictum, & processum, & fidejussionem det de se presentando coram Judice laico, gaudere debet fori privilegio, & est liberatus à jurisdictione Judicis laici, quoad personam; quod si subistit fraus, quam Juxta ecclesiasticus cognoscere, & declarare debet, potest Juxta laicus processum finem imponere, & contra illum realiter quoad bona procedere: Sacra Congregatio Concilii in Papien. 23. Maji 1620. Sacra Congr. Immunit. in Consentina 16. Septembris 1630. & eadem Sac. Congr. Super controversiis jurisdictionibus, in civitatibus Castellane 18. Februarii 1631. Clericus, qui ante incarcerationem reassumpsit habitum, fori privilegio gaudet; Sacra Congregatio Immunitatis in Rossanen. 18. Martii 1631. Clericus reassumens habitum, & Tonsuram post præsumtum delictum à se commissum, gaudere debet privilegio fori ecclesiasti-

atione bonorum; si Juxta laicus in causa prevenit, ut probat textus in leg. Si quis postea, ff. de heredit. act. ex qua lego desumpsit, & in simili textus in c. Præfatum, de foro comp. (Leg. 23. tit. 3. part. 3.) Et sic decrevit Sac. Congr. Conc. apud Fagnan. l. c. n. 71. & 76. Juxta tamen secularis preventio non potest in bonis laicis Clerici procedere, nisi postquam Juxta ecclesiasticus pronuntiaverit, eum in fraudem curiæ secularis pronuntium fuisse, necesse enim est, ut præcedat Judicis ecclesiastici declaratio super fraudem, & interim debet Juxta laicus supersedere; cap. Si Juxta laicus in fine de sentent. excomm. in 6. ibi: Contra eum in eum quovis processu Juxta conqueritur, & ratio est, quia cum ejus jurisdictio sit fundata super hac qualitate fraudis, & ea circumscripta Clericus sit exemptus ab ejus jurisdictione, etiam quoad bona, ut diximus n. 23. prius quam de hujusmodi fraude constiterit, laicus non est ejus Juxta, ideoque de qualitate fraudis jurisdictionem adhibens ante omnia constare debet; leg. 2. §. Sed si dubitetur, & leg. Si quis ex aliena, ff. de Jure, & sic declaravit ead. Sac. Congr. ut refert Fagnan. l. c. n. 74. & 76. (Ad rem aliquid lex 2. tit. 7. part. 2. c. 2. quid. tit. 8. part. 2.)

27. Clericus, qui dimisso habitu, & Tonsura deliquit, & postea habitum, & Tonsuram sumpsit, & ecclesie inservit, gaudet privilegio fori, nisi reassumpsit habitum in fraudem; Fagnan. in cap. Cum magnus 1. de obligat. ad rationem. n. 29. ubi refert sic decrevisse Sac. Congr. Conc. Quæ Congregatio die 1. Februarii, & die 26. April. 1607. censuit spectare ad Juxta ecclesiasticum declarare, an ipse Clericus reassumpsit habitum in fraudem, necne? Et ad hoc facit sequens casus: Clericus primæ tonsuræ adie, quo fuit ordinatus, per septem annos continuos non incedit in habitu, & Tonsura, immo intra dictum tempus exercuit officium Judicis; & domi sistere jussus sed arrepta fuga, reassumptoque habitu, caput ecclesie inservit: Pro sua directione supplicat Episcopus Niceni declarari.

1. An iste Clericus gaudeat privilegio fori?

2. An Episcopus possit Juxta laico fundari ruper notorietate, & reassumptione habitus in fraudem, inhibere ne procedat, nec quoad personam, nec quoad bona, donec ipse cognoscat, an gaudere debeat?

3. An ralem id possit Juxta libere psumere tonsuram?

4. An contra Juxta laicum nihilominus non deserviat, possit procedere ad censuras?

5. An possit Episcopus hanc causam sibi vindicare?

6. An debeat?

Die 30. Maji 1676. Sacra Congregatio Concilii respondit ad omnia affirmative.

Utrum vero de fraude ista prius constare debeat ad hoc, ut Juxta laicus possit procedere realiter contra bona Clerici, questio est inter Doctores, in qua affirmativa sententia facilius admittitur. Porro in fraudem reassumere habitum censetur ille, qui post relictam vestem crimenque commissum, actus in carcerem à Judice seculari, fuga se vel aliqua ratione subtrahit, tuncque clericalem vestem reassumpsit. Ita in tract. de Synod. dioces. lib. 7. cap. 7. §. 2.

Quinimmo Clericus, etiam propria auctoritate habitum clericalem reassumat post delictum, & processum, & fidejussionem det de se presentando coram Judice laico, gaudere debet fori privilegio, & est liberatus à jurisdictione Judicis laici, quoad personam; quod si subistit fraus, quam Juxta ecclesiasticus cognoscere, & declarare debet, potest Juxta laicus processum finem imponere, & contra illum realiter quoad bona procedere: Sacra Congregatio Concilii in Papien. 23. Maji 1620. Sacra Congr. Immunit. in Consentina 16. Septembris 1630. & eadem Sac. Congr. Super controversiis jurisdictionibus, in civitatibus Castellane 18. Februarii 1631. Clericus, qui ante incarcerationem reassumpsit habitum, fori privilegio gaudet; Sacra Congregatio Immunitatis in Rossanen. 18. Martii 1631. Clericus reassumens habitum, & Tonsuram post præsumtum delictum à se commissum, gaudere debet privilegio fori ecclesiasti-



rici, tam quoad personam, quam quoad bona, etiam ex constitutionibus regni; Sac. Cong. Immun. in *Marsicana* 11. Decemb. 1646. Et licet Clericus reassumere habitum absque alia licentia Episcopi; Sac. Cong. Immun. in *Oriana* 18. Aug. 1654. Si tamen Clericus voluntarie, & expresse deponendo habitum, ipsum renuntiet in actis curie episcopalis cum approbatione Episcopi, & cum declaratione, quod absque illius licentia habitum non reassumens, non potest propria auctoritate ipsum reassumere; Sac. Cong. Immun. in *Mazar.* 16. Decemb. 1642. At vero si Clericus in carceribus detentus, aut in alio loco, quem tenet loco carceris, renuntiet privilegiis clericalibus, aut beneficiis, poterit habitum reassumere clericalem sine licentia Episcopi, & iura ad beneficium renuntiatum, non obstante decreto acceptationis, quia hujusmodi renuntiatio, tamquam metu carceris facta pro nulla habetur; leg. Qui in carcerem, ff. quod met. caus. (Concordat lex 17. ibi: Ca. tal. pleito; tit. 26. §. 11. 29. part. 2. 48. §. 49. tit. 14. part. 5. cum leg. 28. tit. 11. ejusd. part.) & his declaravit Sac. Congreg. Episcoporum nempe in *Aquipedani* 18. Apr. 1692. referente Cardin. Merlino, & in *Aperana* 13. Junii ejusdem anni, referente Eminentissimo de Abdua. Quod est verum etiam si carceratio esset justa, ut observat Antonell. de locis legalib. lib. 2. cap. 37. n. 19. Monac. form. 1. tit. 5. form. g. n. 25. licet Clericus per dimissionem habitus, & tonsuræ, antequam monitionem non perderet privilegium fori, ex cap. Contingit 45. de sentent. excomm. tamen Clericus minorum ordinum non beneficiatus, nisi habitum, & tonsuram, deferat, & ecclesie inserviat, vel in seminario, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi versetur, perdit privilegium fori sine alia monitione, ex Concil. Tridentino sess. 23. cap. 6. de reform. & ex declaratione Sac. Congreg. ejusdem Concilii relata à Fagn. in cap. Si quis 1. de for. compet. n. 21. his verbis: *Quibus autem casibus Clericus ex decreto Concilii fori privilegio non gaudet, nullam requirit monitionem, ut illud amittat. Nec ubi adit, observanda est consuetudo, secundum quam Clerici habitum, vel tonsuram deferentes, fori privilegio gaudent, licet beneficium ecclesiasticum non habeant, nec alicui ecclesie inserviant, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi versentur; iuxta cap. 6. sess. 23. Concil. Trident. de reform. sic decrevit Sac. Congreg. Concilii teste Fagnano in cap. Si quis 1. de for. compet. num. 71.*

38 Clerici tamen non habentibus supradicta requisita Concilii non admittunt perpetuo privilegium fori, sed suspenditur ad tempus, prout ex iis, quæ de Clerico conjugato tradunt Archidiacon. Joannes Andreas, Anchar. & Felin. in cap. unic. de Clericis conjugatis in 6. colligit Fagn. in c. Si quis 1. de for. comp. n. 49. ubi dicit, quod sic censuit Sacra Congreg. Conc. respondens, Clericum conjugatum qui post dimissionem habitum clericalem deliquit, quamvis pro eodem delicto in curia laicali citatus, & condemnatus fuerit, si deinde (modo non in fraudem) reassumpto habitu, & tonsura, ecclesie deserviat, non posse à Judice laico pro eodem delicto personaliter distringi. Clericus non habens requisita Concilii, quamvis non gaudeat privilegio fori ecclesiastici, & forum Judicis secularis declinare non possit, ex decreto Conc. Trident. sess. 23. cap. 6. de reform. tamen si adhuc se gerat ut Clericum, potest puniri etiam ab Episcopo, & est locus preventionis, ut declaravit Sac. Congreg. teste Nicolao Garzia de benef. part. 2. cap. 2. num. 16. & Fagnan. in cap. Odoardus 3. de solutionibus n. 25. & in cap. Si quis, de for. compet. n. 75. Et iterum sic declaravit his verbis: *Clerici non incidentes in habitu, & tonsura, non gaudent privilegio fori, sed non propterea impeditur Episcopus, quominus si prævenierit, eosdem Clericos punire possit; Sac. Congreg. Concil. in Baren. 16. Martii 1606. & in Valentina 20. Martii 1607. & in Leodien. 17. Novembris 1530. Sac. Congreg. super contro. jurisdiction. in Neapolitana 22. Junii 1628. & in Assisien. 25. Junii, & in Parm. 26. ejusdem mensis 1629. Immo potest Episcopus procedere etiam in causis similium Clericorum, in quibus non prævenit, ut cen-*

suit Sac. Congreg. Conc. die 8. Novemb. 1630. in una Leodien. semel, iterum ac tertio discussa, & à Sanctissimo approbata tenoris sequentis: *Die 12. Novembris 1530. Sac. Congreg. Conc. facta relatione Sanctissimo D. N. in sacros. Leodiensi 7. ejusdem in Sac. Cong. Conc. proposita, & resoluta, Sanctissimus approbat declarationem factam, ut Clerici etiam non habentes requisita, cap. 6. sess. 23. de reformatione, licet ipsi tamquam contravenientes ordinationi sacri Conc. non possint per se ipsos allegare privilegium fori, nihilominus subsint jurisdictioni Episcoporum & Ordinariorum cognitioni, nedom in causis, in quibus iidem Episcopi, seu Ordinarii prævenierunt, sed etiam in quibus non prævenierunt, & illos è manibus Judicis laici repetant, quando iidem Clerici adhuc Clerici permanent, videlicet si à Jure, vel ab homine per declarationem servatis servandis factam, privilegiis clericibus denudati, seu privati non sint.*

Die 1. Augusti 1634. facta de novo relatione Sanctissimo D. N. Sanctitas sua ad removendam omnem difficultatem de novo jussit omnino observari supradictam declarationem, ut supra firmatam in dicta causa Leodiensi. Clericus repetus à curia seculari sine habitu clericali, donec doceat de suo clericali, in carceribus laicis potest detineri, immo non sit notorie Clericus, & si per octo menses ante incarcerationem habitum dimiserit, privilegium clericale nullo modo gaudeat, si à curia, ut supra, capus fuerit in tali habitu; Sacra Congreg. Concil. 11. Januarii 1619. Clericus, qui in habitu, & tonsura se immiscet enormitatis, & pluribus vicibus, censuræ absque monitione renuntiasse privilegio clericali, secus si in habitu laicali hæc perpetrasset, quia tunc requiritur monitio; Sac. Congreg. Conc. in *Motulen.* 1. Februarii 1620. Clericus in minoribus constitutus recusans frequentare scholas, & ecclesias, non potest privilegio fori privati, si adsit probabilis spes profectus; Sac. Congreg. Conc. in *Maceranen.* 2. Augusti 1631. Clerici filius legitimus, ane clericatum susceptus, gaudet privilegio fori durante vita ejus patris; (vide verb. Forum in add. hisp.) Sac. Congreg. Immun. in *Callien.* 18. Martii 1632. Clericus non potest verbis renuntiare privilegio fori, nec Judicem laicum sibi constituere, etiam si proprium juramentum, & adversarii consensus accedat, ut est casus in cap. Si diligenti 12. de for. compet. & tamen potest hujusmodi privilegio renuntiare ipso facto, si post dimissionem habitus, & tonsuræ, tertio communiter, se ipsum contempserit emendare, ut est textus expressus in cap. Contingit 45. de sent. excomm. & in cap. laudientia 25. de sent. excomm. Clericus enim si à Prelato suo tertio monitus non reassumit habitum, & tonsuram, perdit privilegium clericale, ut expresse habetur in d. cap. In audientia 25. & cap. Contingit 45. de sent. excomm.

Licet Clerici in prima tonsura constituti, vel minorista non habentes beneficium ecclesiasticum, vel alias qualitates à Concilio Tridentino cit. sess. 23. cap. 6. de reformat. requisitas, privilegio fori non gaudent, ex ipso Concilio ibidem sic expresse statuente, tamen privilegio canonis non sunt privati, ut expresse declaravit Sac. Congreg. ipsius Concilii; nam proposito dubio: *An Clerici, qui decreto Concilii cap. 6. sess. 23. privilegio fori privantur, intelligantur etiam privati privilegio Canonis? Die 16. Octobris 1581. Sacra Congregatio censuit non intelligi esse privatos. Unde percussus hujusmodi Clericum incidit in excommunicationem canonis; Fagn. in cap. Si quis 1. de for. compet. à num. 72. usque in finem, Garzias de benef. part. 2. cap. 2. num. 10. Belus Disquis. cleric. part. 1. tit. de favore Clericor. §. 8. numer. 22. Gonz. de regul. 8. Ricell. Gloss. 5. numer. 7. cum sequent. Aloysius Ricellus in praxi rerum fori ecclesiasticis decis. 607. in 1. edit. & part. 1. resolut. 541. num. 5. Portell. in dubit. regul. verb. Manus violentæ. Barbosa part. 2. de officio, & potestate Episcoporum, allegat. 12. num. 32. & lib. 1. Juris ecclesiastici cap. 39. §. 2. num. 3. citans plures alios Et ratio est, quia Tridentium circa hoc nihil innovavit, nec Juri communi derogavit, ut observat Clar. §. final. quest. 36. num. 19. & Barb. de Jure autem communi omnes Clerici gaudent privilegio canonis; cap. Si quis*

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.M.L.

suadente diabolo 26. caus. 17. quest. 4. Si enim Concilium in dict. sess. 23. cap. 6. voluisset comprehendere ultra privilegium fori etiam privilegium canonis, etiam illud expressisset, prout in simili argumentatur Pontifex in cap. Inter corporalia, §. Sed neque, de translatione Episcopi, & cap. Ad audientiam 12. de decimis. (Lit. B. pag. 435. column. 1. ante num. 85. leg. 5. ibi: Si sehaladamente: tit. 5. part. 1.) Tum quia non censetur plus de priori lege mutatum, quam est expressum in posteriori; leg. Præcipimus, cod. de appellations, & leg. Si verò §. De viro, ff. soluto matrimonio, (Multum ad rem lex 18. & 19. tit. 23. part. 3. cum 20. in fin.) ubi Summarium ex Bartolo sic habet: *Provisio legis contra jus commune non extenditur ultra id, quod lex exprimit, licet eadem sit ratio. Cum legum correctio veluti odiosa, quantum fieri potest, evitanda sit, cap. Cum expedit 29. de elect. in 6. & ex regula 15. Juris in 6. Odiâ restringit, & favores convenit ampliori. Quænam autem persone gaudeant tali privilegio canonis, & quænam censeantur illud violare, & excommunicationem incurrere, vide verb. Excommunicatione art. 18. 19. & 20. ubi late de omnibus ad hoc facientibus.*

Privilegio fori, & canonis gaudent, nedom Clerici cælibes, sed etiam Clerici conjugati in minoribus existentes, cap. Clerici, unic. de Clericis conjugatis in 6. ibi: *Clerici, qui cum unice, & virginibus contraxerunt, si tonsuram, & vestes deferant clericales, privilegium retinent canonis ab Innocentio Papa II. prædecessore nostro editi in favorem totius ordinis clericalis. Et cum juxta Parisiense Concilium nullus Clericus distringit, aut condemnari debeat à Judice seculari, presentis declarationis edicto, hujusmodi Clericos conjugatos pro commissis ab eis excessibus, vel delictis, trani non posse criminaliter, aut civiliter ad Judicem secularem, nec ab ipsis secularibus Judicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter (non per unam viam concedatur eisdem Judicibus, quod per aliam denegatur) ullatenus condemnari.* Et Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. ibi: *In Clericis verò conjugatis servetur constituto Bonifici VIII. quæ incipit, Clerici: qui cum unice, modo ibi Clerici alicujus ecclesie serviant, vel ministrent, & Clerici habitum, & tonsura utantur, nemini quoad hoc, privilegio, vel consuetudine etiam immemorabili suffragante.* Ad hoc tamen, ut gaudeant his privilegiis, debent habere tres conditiones: *Prima, ut hujusmodi Clerici cum unice, & virgine contraxerint, ut expresse habetur ex cit. cap. Clerici unic. de Clericis conjugatis in 6. alioquin forent bigami, qui sunt nudati omni privilegio clericali, cap. Altercationis unic. de bigamis in 6. ibi: Bigamos omni privilegio clericali declaramus esse nudatos. Secunda, ut deferant tonsuram, & vestes clericales, cit. cap. Clerici, & Concilium Tridentinum loco mox adducto. Tertia, ut tales Clerici alicujus ecclesie servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem ecclesie serviant, vel ministrent, ut expresse fuit de novo statutum à Concilio Trident. dict. sess. 23. cap. 7. de reformat. ut patet ex ejusdem verbis supra relatis. Clerici conjugati ad hoc ut gaudeant his privilegiis, debent habere copulative omnes tres supradictas conditiones, quarum una deficiente, nullo prorurs gaudent privilegio clericali, ut patet ex cit. cap. Clerici, §. fin. de Clericis conjugatis in 6. ibi: *In ceteris autem vel niti, ut præmittitur, tonsuram, vel vestes deferant clericales, etiam in præmissis eos gaudere notumus privilegio clericali, juncto Concilio Tridentino cit. sess. 23. cap. 6. de reform. per ejus verba adducta supra sub num. 10. Clerici conjugati habentes tres supradictas conditiones gaudent privilegio fori, nedom in cau-**

sis criminalibus, sed etiam in causis mere civilibus, quidquid dicant aliqui Canonista. Sic enim unanimi consensu Sac. Cong. Immun. approbavit opinionem, quod Clericus conjugatus gaudet privilegio fori etiam in mere civilibus, in *Caputaquen.* 14. Novembris 1649. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 214. Et insuper eadem Sac. Cong. Immun. approbavit formulam sententiae promulgandæ per A. C. pro exemptione privilegii fori Clericorum conjugatorum, additis tamen verbis tam in civilibus, quam in criminalibus, quàm etiam in mixtis; *Caputaquen.* 21. Junii 1644. lib. 3. decret. Paul. pag. 229. Immo gaudent privilegio fori in causis mere civilibus etiam non dependentibus à criminalibus; Sac. Cong. Immun. in *Bovin.* 2. Julii 1630. lib. 2. decret. Paul. cap. 47. in oppid. 27. Septembris 1631. ibid. pag. 140. in eadem oppid. 17. Septembris 1634. ibid. pag. 201. & 9. Maji 1635. ibid. pag. 219. in *Squillac.* 19. Januar. 1638. lib. 3. decret. Paul. pag. 15. in *Borsanen.* 13. Martii 1638. pag. 57.

Clerici conjugati non possunt conveniri coram Judice laico; Sac. Congreg. Immun. in *montis Casini* 22. Decembris 1694. lib. 1. Vallem. pagin. 163. Unde Clerici conjugati ad solutiones, ad quas de Jure tenentur, non possunt cogi nisi coram Judice ecclesiastico; eadem Sacra Congregatio Immun. in *Rotamen.* 23. Martii 1638. lib. 3. decret. Paul. pag. 57. in *Nazar.* 15. Junii 1638. ibid. pag. 64. Clericum conjugatum carcerantes excommunicantur, eadem Congregatio Immun. in *Hydruntina* 18. Decembris 1694. lib. 1. decret. Vallem. pag. 162. Clericum conjugatum Episcopus tueri debet, ne vexetur à curia laica; eadem Sacra Congregatio in eadem *Hydruntina* 27. Novembris 1649. lib. 1. decret. Vallem. pag. 199. in *Bisilian.* 15. Nov. 1694. l. 3. decret. Vallem. p. 628. Invocato etiam, quatenus opus sit, brachii secularis auxilio; eadem Sacra Congregatio Immun. in *Nucerina* 9. Februarii 1694. lib. 1. decret. Vallem. pag. 105. Clericus conjugatus, indulto apostolico dispensatus ab obligatione incendendi in habitu, & tonsura, gaudet privilegio fori; eadem Sacra Congregatio Immun. in *Fulgin.* 28. Octobris 1679. lib. 2. decret. Alotiv. pag. 1861. Clericus conjugatus habens omnia requisita, excepto quod non constet de deputatione ad servitium ecclesie certæ, & particularis, inserviens tamen ecclesie in genere, gaudet privilegio fori; eadem Sacra Congregatio in *Anconitana* 24. Maji 1701. lib. 3. decret. Vallem. pag. 353. Clericus conjugatus exercens artem mercenariam cum mensuris fraudulentis, puniendus est ab Ordinario; eadem Congreg. in *Firmana* 17. Decembris 1695. lib. 1. decret. Vallem. pag. 135. Clericus conjugatus, qui post fugam à trireribus, ad quas à suo Episcopo damnatus fuerat ad septennium, ob nova delicta carceratus fuit à curia laica, remittendus est Episcopo, qui postea remitti faciat ad trireres; & cum Sanctissimo pro novis delictis, si de illis sufficienter constiterit, ut puniatur poena trirerum ad vitam; eadem Congregatio in *Milevitana* 15. Decembris 1643. lib. 3. decret. Paul. pag. 216. Subdiaconum, qui in vim dispensationis apostolicæ cum vidua matrimonio contrahit, & pensiones ecclesiasticas obtinet, de Jure gaudere privilegio fori, tenet Seltius in *selectis canon.* cap. 18. n. 29. attestans ita fuisse decisum die 7. Septembris 1618. Clericus conjugatus gaudet exemptione ab oneribus personalibus, & aliis de consuetudine competentibus; eadem Sacra Congregatio Immun. in *Licien.* 28. Maji 1626. lib. 1. decret. Paul. pag. 1. in *Neritonen.* 17. Januar. ejusdem anni 1620. ibid. pag. 80. in *Anglonen.* 18. Jun. ejusdem anni 1626. ibid. pag. 4. in *S. Severi* 19. Apr. 1626. ibid. pag. 46. in *Squillacen.* 27. Augustus-

Tales conjugati esto habeant Concilii Tridentini requisita, dumtaxat in criminalibus causis fori privilegio gaudent, sicuti accidit in non conjugatis beneficio ecclesiastico carentibus (1).

(1) Lex 2. tit. 4. lib. 1. Los Clerigos de corona y menores órdenes, que conforme al decreto del santo Concilio, y à la ley antes de ésta, pueden gozar del privilegio del fuero, sea y se entienda tan solamente quanto al privilegio del fuero en las causas criminales; per

en todo lo demas, ansi en el pechar, como en el pagar alcabala, y en todas las otras cosas no sean exentos, ni gocen del privilegio, y paguen y contribuyan como los legos. Vid. verb. Bona.